

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Christus b
cum fonte primo

Iacebat Christus quantum ad carnem
mortuus in sepulcro,
mortuos suscitans et inferno, uitam
tribuens uniuersis in celo, non mundum
dimittens ad celum ascendit, nec
celum deserens uenit, sed
uno atque eodem tempore totum totus
impleuit.

Augustinus contra Felicianum.

Iacebat quantum ad carnem
mortuus in sepulcro,
mortuos resuscitans in inferno, uitam
tribuens uniuersis in coelo: non mundum
dimittens ad coelum ascendit, nec
coelum deserens ad terram venit; sed
uno atque eodem tempore totum totus
impleuit,
qui alicubi manifestatione operum plus
parens, agnitionem praesentiae suae
indignis negavit, non immensae deitatis
absentiam procuravit.

Vigilius Tapsensis, *Contra Felicianum
et Arianum de unitate trinitatis liber*, 24
(PL 62, col.352A).